





Gabriel Antunes

Encad.-Dourador

R. Corpo Deus, 14

COIMBRA

TELEFONE

2251

\*



MI  
H22



CANTICUM  
ECCLESIASTICUM

PRECIBUS APUD DEUM

Animas juvandi, corporaque humandi, Defunctorum Of-  
ficium, & Missam celebrandi,

*Juxta Ritum Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, omnium  
Ecclesiarum Matris, & Magistræ.*

CONFICERE SATAGUNT  
MODERATORES CONFRATERNITATIS

B. V. MARIÆ

SUB TITULO ASSUMPTIONIS, BEATORUMQUE  
*Petri ad vincula, & Philippi Nerii Civitatis Portucalensis.*

PRÆSIDE FRATERNO

CLARISSIMO, ILLUSTRISSIMOQUE VIRO

D. FRANCISCO MATTHÆO XAVERIO  
DE CARVALHO,

In Cathedrali Ecclesia Scholari Magistro, Diœcesis  
Proepiscopo, &c. &c. &c.

*Ad usum, & instantiam Clericorum, Fratrumque in Sacro  
eorundem Sacello, & Confraternitate Sodalium.*



OLISIPONE

Typis Patriarch. FRANCISCI ALOYSII AMENO.

---

M. DCC. LXXXV.

*Regis Curis Censoris Permissu.*












M O R D O  
 COMMENDATIONIS ANIMÆ.

Ante exitum de corpore fiat, ut in Ri-  
 tuali Romano, aut in Breviario.

**E**gressa anima de corpore, induatur corpus defuncti paramentis sui ordinis, & corpus honestè compositum, loco decenti cum lumine collocetur, & vase aquæ benedictæ cum aspersorio.

Hora competenti, quæ videbitur Reſtori, fiat signum cum campanula, & conveniant omnes Clerici, & fratres superpeliciis induti ad sacristiam: & Celebrans stola & pluviali nigro indutus, & duo Cantores cum pluvialibus sine stolis. Præcedet Acolythus cum Cruce inter duos cerealia portantes: Duo etiam, unus cum vase aquæ benedictæ & aspersorio, alius cum thuribulo & navicula incensi: omnes processionaliter in suo gradu; ultimo loco Celebrans, & à sinistris ejus Cæremoniarius cum libro Rituali ibunt ad locum, ubi positus est defunctus, & omnes stabunt in circuitu feretri, & Celebrans ad caput defuncti cum candelis accensis in manibus.





# OFFICIUM DEFUNCTORUM

IN COMMENDATIONE ANIMÆ.

Duo Cantores incipiunt sequens


*Responsorium.*

**S** Ub ve ní- te fan- cti  
De- i, oc cúr- ri te An-  
ge li Dó- mi ni. \* Sus ci pi-




In Commendatione Animæ.

5




én tes á- ni mam e- jus. \* Of-




fe- rén- tes e- am in conf- pe-




ctu al tif- si mi. y. Suf-



cí- pi- at te Chri stus, qui




vo- cá- vit te, & in si nu




A bra hæ An- ge li de- dú-







dúcant te. \* Sus ci pi. &. Ré-




qui em æ ter- nam do na e- i




Dó- mi ne: & lux per pé- tu-



a lú- ce at e- i.




\* Of fe rén tes. Ky- ri e e lé-



i fon. Chri ste e- lé- i fon. Ky-  
rie-





*Deinde dicit voce competenti. Paternoster. Quo sub silentio completo, dicit eadem voce.*

Ÿ. Et ne nos inducas in tentationem.

℞. Sed libera nos à malo.

Ÿ. Réquiem ætérnam dona ei Dómine.

℞. Et lux perpétua luceat ei.

Ÿ. A porta ínferi.

℞. Erue Dómine ánimam ejus.

Ÿ. Requiéscat in pace. ℞. Amen.

Ÿ. Dómine exáudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

Ÿ. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spírítu tuo.

*Orémus.*

**T**ibi Dómine commendámus ánimam fámulí tui N. ut defúnctus sæculo tibi vivat: & quæ per fragilitátem húmanæ conversatiónis peccáta commísit, tu vénia misericordiosíssimæ pietátis abstérge. Per Christum Dóminum nostrum:

℞. Amen.

*Sacerdos in tono gravi sine nota dicit. Kyrie eleison. Pater noster, &c. secretò, quo completo sine nota dicit.*

Ÿ. Et ne nos inducas in tentationem.

℞. Sed



R. Sed libera nos à malo.

V. In memoria æterna erit justus.

R. Ab auditiõne mala non timébit.

V. Ne tradas béstiis ánimam confiténtem tibi.

R. Et ánimam páuperis tui ne obliviscáris  
in finem.

V. Non intres in judícium cum seruo tuo Dó-  
mine.

R. Quia non justificábitur in conspéctu tuo  
omnis vivens.

V. A porta inferi.

R. Erue Dómine ánimam ejus.

V. Requiéscat in pace. R. Amen.

V. Dómine exáudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobiscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

**S**uscipe, Dómine, ánimam fámuli tui N.  
quam de ergástulo hujus sæculi vocáre di-  
gnátus es: & libera eam de locis pœnárum:  
ut quiétis, ac lucis æternæ beatitúdine perfruá-  
tur: & inter Sanctos, & eléctos tuos in resur-  
rectiõnis glória resuscitári mereátur. Per Chri-  
stum Dóminum nostrum. R. Amen.


*Hic finitur commendationis Officium.*






DE LATIO DEFUNCTI  
ad Ecclesiam.


**C**lerici processionaliter vadant ad Ecclesiam, coopertis capitibus: & quoad fieri potest, Sacerdos deferatur à Sacerdotibus: non Sacerdos à non Sacerdotibus: & Celebrans vadat ad caput defuncti, assistente sibi Cæremoniario cum libro, & duobus Acolythis cum aqua benedicta, & aspersorio, & thuribulo cum navicula incensi: omnes cum candelis accensis ex cera communi. Tunc duo Cantores incipiant sequentem Antiphonam, quam reliqui omnes prosequuntur.









ge li Dó mi ni Sus ci pi en tes



á- ni mam e- jus of fe rén tes



e- am in conspe ctu Al tís-



si mi.


*Deinde Cantores iidem intonant Psalmum ;  
Miserere , ut sequitur , quem à medio perficiunt  
reliqui.*



I se ré re me i De us

se-





fæ cún dum ma gnam mi se ri cór di-



am tu am. \* Sub ve ní- te.


*Post quemlibet versum hujus Psalmi repetunt Cantores Antiphonam Subvenite, ut supra. Cum corpus defuncti fuerit in Ecclesia, dicatur sequens Responsorium.*



Ui Lá- za rum re suf ci-



tá- fti à mo nú mén to fœ-



ti dum \* Tu e- i Dó-


B ii

mi-






mi ne do na Ré- qui em &




lo cum in dul gèn- ti æ




Ÿ. Qui ven tú- rus es ju di cá-



re vi- vos & mór- tu os, & sæ-




cu lum per i- gnem \* Tu e i




Ky- ri e e- lé- i son, Chri-

ste





ste e- lé- i son. Ky- ri- e e-



lé- i son.


*Finito supradicto Responsorio, idem Sacerdos inter Cantores, positus ad caput defuncti, dicto secrete Pater noster, ministrante aspersorio sine osculis Cæremoniario, vel quovis alio Ministro, aspergit corpus aqua benedicta, & absolute sine Orémus, cantat sequentem Orationem.*

**N**On intres in iudicium cum servo tuo Dómine : quia nullus apud te justificábitur homo : nisi per te ómnium peccatórum ei tribuátur remíssio : non ergo eum, quæsumus, tua judiciális senténtia premat, quem tibi vera supplicatio fidei Christiánæ comméndat : sed grátia tua illi succurrénte mereátur evádere iudicium ultiónis : qui dum viveret insignitus est signáculo sanctæ Trinitátis. Qui vivis & regnas in sæcula sæculórum. R. Amen.

*Si post prædictam orationem faciendum est Officium Defunctorum antequam defunctus sepeliatur : postea fiet Officium sepulture, ut sequitur.*

OF-







OFFICIUM SEPULTURÆ  
Clericorum, & Fratrum.

*Antequam corpus defuncti ab Ecclesia deferratur ad sepulturam, cantentur tria Responsoria infra notata. Duo cantores incipiunt, & Chorus prosequitur.*


*Responsorium.*



Ub ve ní- te san- cti




De- i, oc cúr- ri te An-




ge li Dó- mi ni. \* Sus ci pi-

en-







én tes á- ni mam e- jus. \* Of-




fe- rén- tes e- am in conf- pe-



ctu al tis- si mi. y. Suf-



cí- pi- at te Chri stus, qui




vo- cá- vit te, & in sí nu




A bra hæ An- ge li de- dú-







dúcant te. \* Sus cipi. & Ré-




qui em æ ter- nam do na e- li



Dó- mi ne: & lux per pé- tu-



a lú- ce at e- i.



\* Of fe rén tes. Ky- ri e e lé-



i son. Chri ste e- lé- i son. Ky-  
rie-





ri e-le-ison.

*Dum in supradicto Responsorio dicitur Requiem æternam, Sacerdos, ministrante navicellam Cæremoniario, vel Acolyto à dextris, ponit incensum in thuribulum sine benedictione. Finito Kyrie eleison, alta voce dicit Pater noster, & secrete proseguendo reliqua, accipit aspersorium cum aqua benedicta de manu Cæremoniarum, vel Acolyti sine osculis, spergit corpus circumcirca ambulans, incipiens à loco suo, ter aspergens quamlibet partem feretri, Cæremoniario à dextris comitante, & simbriam Pluvialis sublevante: & dum transit ante Crucem, facit ei profundam reverentiam; Cæremoniarum autem genuflectit: & rediens ad pristinum locum, accipit thuribulum de manu Cæremoniarum, & eodem modo, quo aspererat, incensat. Cum redierit ad locum suum, voce competenti dicit.*

Ÿ. Et ne nos inducas in tentationem.

℞. Sed libera nos à malo.

Ÿ. A porta inferi.

℞. Erue Dómine ánimam ejus.

Ÿ. Requiescat in pace. ℞. Amen.

Ÿ. Dómine exáudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

C

Ÿ.



Ÿ. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spírítu tuo.


Orémus.

**D**Eus, cui ómnia vivunt, & cui péreunt moriéndo córpora nostra, sed mutántur in mélius: te súpplices deprecámur, ut súscipi júbeas animam fámuli tui N. per manus Sanctórum Angelórum deducéndam in sinum amíci tui Abrahæ Patriárchæ: resuscitándamque in novíssimo júdicii magni die: & quidquid vitiorum diabólo fallénte contráxit, tu pius miséricors ábluas indulgéndo. Per Christum Dóminum nostrum. ℞. Amen.

*Finita Oratione Cantores incipiant secundum*


*Responsorium.*

**N**  **E** re cor- dé- ris

 pec cá ta me- a, Dó- mi-

ne.





ne. \*Dum ve- ne- ris ju- di-




-ca re




culum per gnem.



γ. Di- ri ge, Dó- mi-



ne De us me- us, in conf-




pé tu tu o vi- am me-

Cii

am.










tu- a lu- ce- at e-



i. \* Dum vé ne ris ju di-



cá re fá-



cu lum per i- gnem.



Ky- ri- e e- lé- i fon.



Chri ste e- lé- i fon. Ky- ri-





*Et dum cantatur prædictum Responsorium, fiant cætera, ut supra. Deinde Sacerdos dicat Pater noster. Quo sub silentio completo, dicit eadem voce.*

Ÿ. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℞. Sed líbera nos à malo.

Ÿ. A porta ínferi.

℞. Erue Dómine ánimam ejus.

Ÿ. Requíescat in pace. ℞. Amen.

Ÿ. Dómine exáudi oratiónem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

Ÿ. Dóminus vóbiscum.

℞. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

**F**Ac, quæsumus Dómine, hanc cum servo tuo N. defúncto misericórdiam, ut factórum suórum in pœnis non recípiat vicem, qui tuam in votis ténuit voluntátem; ut sicut hic eum vera fides junxit fidélium turmis, ita illic eum tua miserátio sóciet Angélicis choris. Per Christum Dóminum nostrum. ℞. Amen.

*Finita oratione Cantores incipiant tert. Resp.*

Li-



**L** I-be-ra me, Dó-  
mi-ne, de mor-te æ-tér-  
na, in di-e il-la  
tre-mén-da: \* Quan-do Cœ-  
li mo-yén-di sunt & ter-  
ra: \* Dum vé-  
ne-ris



ris ju di- cá- re

iæ- cu- lum per i-

gnē. ŷ. Tremens factus sum ego,

& ti me- o, dum discufi-


o vé- ne- rit, at que ven- tú-

ra i- ra. \* Quo- do Cœ- li mo-






mo- vén di funt & ter ra. ŷ. Di-



es il la, di es si- ræ, ca la mi-




ta tis, & mi- fé ri- æ, di-



es ma gna, & a- má ra val dè.








\* Dum vé- ne- ris



ju di- cá- re

D se-







la tre-mén-da: Ky-ri-  
 e e-lé-i son. Chri-ste e-lé-  
 i son. Ky-ri e e-lé i son.

*Dum cantatur prædictum Responsorium fiant cætera, ut supra in primo Responsor. Deinde Sacerdos dicat Pater noster, cætera sub silentio. Deinde Versus.*

Ÿ. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℞. Sed líbera nos à malo.

Ÿ. A porta ínferi.

℞. Erue Dómine ánimam ejus.

Ÿ. Requíescat in pace. ℞. Amen.

Ÿ. Dómine exáudi oratiónem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

Ÿ. Dóminus vóbiscum.

℞. Et cum spírítu tuo.

Di

Oré-




Orémus.

**A**bsolve, quæsumus Dómine, ánimam fá-  
muli tui N., ut defúnctus sæculo tibi vi-  
vat : & quæ per fragilitátem carnis humana  
conversatióne peccáta commísit : tu venia mi-  
sericordiosissimæ pietátis abstérge. Per Christum  
Dóminum nostrum. R. Amen.


*Si hæc tria Responsoria dici non possint propter  
temporis brevitatem, vel aliud impedimentum  
(quod non aliter fiat) unum tantum cantetur,  
quod erit: Libera me Domine, cum una ex tri-  
bus prædictis orationibus. Finita oratione Clerici,  
seu Fratres deportent corpus defuncti ad locum  
sepulture, cantantes sequentem Antiphonam.*

**I**  
N pa ra dí- sum de dú cant te


  
An- ge li in tu- o ad- vén tu

  
sus ci- pi ant te. Mar- ty res: & per-  
dú-







dú cant te in ci vi tá tem san ctam




Je- ru fá lem Cho- rus An ge ló-



rum te sus cí- pi at: & cum Lá-



za ro quon dam pàupe re æ tér nam



há- be as ré- qui em.

*Cum autem perventum fuerit ad tumulum,  
Sacerdos absolute dicat sequentem orationem.*

Deus,





**D**Eus, qui fundásti terram, formásti cœlos, qui loca sydéribus stabílita fecísti: qui captívum laqueo mortis hóminem lavácri ablutione reparásti, qui sepultos Abraham, Isaac, & Jacob, in spelúnca dúplici in libro vitæ, atque glóriæ annotásti benedicéndo: ita ✠ benedicere dignéris hunc túmulum fámuli tui N. ut hic eum requiescere fácias: & in sinu Abraham, Isaac, & Jacob collocáre dignéris: qui Dóminum nostrum Jesum Christum, contrítis láqueis infernórum resúrgeret; suórumque in secredéntium membra resuscitáre voluísti. Respice Dómine super hanc fábricam sepulturæ: descéndat ad eam Spíritus tuus Sanctus, ut te jubénte, sit in hoc loco fámulo tuo N. quiéta dormítio, & témpore judícii tui cum Sanctis tuis ómnibus vera resuscitátio: præstante Dómino nostro Jesu Christo, qui tecum, & cum Spíritu Sancto vivit & regnat in sæcula sæculórum. R. Amen.

*Qua finita Sacerdos imponit incensum in thuribulum, & statim accipit aspersorium cum aqua benedicta, & aspergit corpus defuncti, & similiter túmulum, eodemque modo incensat. His peractis in persona defuncti dicat Sacerdos Antiphona, & Chorus prosequatur.*




Antiphona.

**A**  Pe- ri- te mi- hi por-

 tas ju- sti- ti- æ, & in- grés sus in

 e- as con fi- té- bor Dó- mi no.

 Con fi té mini Dómino.

*Dum chorus cantat sequentes Psalmos, Sa-  
cerdos submissa voce dicat sex orationes, quæ sunt  
in fine Psalmorum.*

*Ps.*



## Psalm. 117

**C**onfitémini Dómino quóniam bonus : \* quóniam in sæculum misericórdia ejus.

Dicat nunc Israel , quóniam bonus : \* quóniam in sæculum misericórdia ejus.

Dicat nunc domus Aaron : \* quóniam in sæculum misericórdia ejus.

Dicant nunc qui timent Dóminum : \* quóniam in sæculum misericórdia ejus.

De tribulatióne invocávi Dóminum : \* & exaudivit me in latitúdine Dóminus.

Dóminus mihi adjutor : \* non timébo quid fáciat mihi homo.

Dóminus mihi adjutor : \* Et ego despiciam inimicos meos.

Bonum est confidere in Dómino , \* quàm confidere in hómine.

Bonum est speráre in Dómino , \* quàm speráre in princípibus.

Omnes Gentes circuiérunt me : \* & in nómine Dómini , quia ultus sum in eos.

Circumdántes circumdedérunt me : \* & in nómine Dómini , quia ultus sum in eos.

Circumdedérunt me sicut apes , & exarsérunt sicut ignis in spinis : \* & in nómine Dómini , quia ultus sum in eos.

Impulsus eversus sum ut cáderem : \* & Dóminus suscepit me.

For-



Fortitúdo mea, & laus mea Dóminus, \* & factus est mihi in salútem.

Vox exultatiónis, & salútis, \* in tabernáculis iustórum.

Déxtera Dómini fecit virtútem, dextera Dómini exaltávit me, \* dextera Dómini fecit virtútem.

Non moriar, sed vivam : \* & narrábo ópera Dómini.

Castígans castigávit me Dóminus, \* & morti non trádedit me.

Aperíte mihi portas iustítiæ, ingrédus in eas confitébor Dómino : \* hæc porta Dómini, iusti intrábunt in eam.

Confitébor tibi quóniam exaudísti me : \* & factus es mihi in salútem.

Lápidem, quem reprobavérunt ædificántes : \* hic factus est in caput ánguli.

A Dómino factum est istud : \* & est mirábile in óculis nostris.

Hæc est dies quam fecit Dóminus : \* exultemus, & lætémur in ea.

O Dómine, salvum me fac, ò Dómine, benè prosperáre : \* benedíctus qui venit in nómine Dómini.

Benedíximus vobis de domo Dómini : \* Deus Dóminus, & illúxit nobis.

Constitúite diem solénnem in condénsis, \* usque ad cornu altáris.

E

Deus



Deus meus es tu, & confitebor tibi: \* Deus meus es tu, & exaltabo te.

Confitebor tibi quoniam exaudisti me: \* & factus es mihi in salutem.

Confitemini Domino quoniam bonus: \* quoniam in seculum misericordia eius.

Requiem æternam dona ei Domine: & lux perpétua luceat ei.

*Antiphona.*


**A** Pe- ri- te mi hi por-

tas ju sti- ti- æ, & in- gré ssus in


e- as con fi- té bor Dó- mi no.




Antiphona.



**I** N gré- di ar in lo cum ta ber \*



ná- cu li ad mi rá- bi lis uf-



que ad domum De i. Quemádmódum, &c.

*Psalm. 41.*

**Q**uemádmódum desiderat cervus ad fontes  
aquárum : \* ita desiderat ánima mea ad te,  
Deus.

Sitívit ánima mea ad Deum fontem vivum :  
\* quando véniam , & apparebo ante fáciem Dei?

Fuérunt mihi lácrymæ meæ panes die , ac  
nocte : \* dum dicitur mihi quotidie : ubi est  
Deus tuus?

Hæc recordátus sum : & effúdi in me áni-  
mam meam : \* quóniam transibo in locum ta-  
bernáculi admirábilis , usque ad domum Dei :



In voce exultationis, & confessionis : \* sonus epulantis.

Quare tristis es, ánima mea? \* & quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi, \* salutáre vultús mei, & Deus meus.

Ad me ípsum ánima mea conturbáta est : \* propterea memor ero tui de terra Jordánis, & Hermóniim à monte módico.

Abyssus abyssum ínvocat, \* in voce catara-ctárum tuárum.

Omnia excélsa tua, & fluctus tui \* super me transiérunt.

In die mandávit Dóminus misericórdiam suam : \* & nocte cánticum ejus.

Apud me orátio Deo vitæ meæ, \* dicam Deo : Suscéptor meus es.

Quare oblítus es mei? \* & quare contristátus incédo : dum áffligit me inimicus?

Dum confringúntur ossa mea : \* exprobrá-  
vérunt mihi qui tríbulant me inimíci mei.


Dum dicunt mihi per singulos dies : ubi est Deus tuus? \* quare tristis es ánima mea? & quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi : \* salutáre vultús mei, & Deus meus.


Réquiem ætérnam, &c.




*Antiphona.*



**I** N gré- di ar in lo cum ta-




ber ná cu li ad mí rá- bi lis




us que ad domum De i.

*Dum incipitur sequens Antiphona, extrahitur corpus à feretro, & ponitur in terra.*





**H** Æc ré- qui es me a in sæ-



cu lum sæ- cu li : hic ha bi tá-  
bo,





## Psalm. 131.

**M**Eménto, Dómine, David, \* & omnis  
mansuetúdinis ejus.

Sicut jurávit Dómino, \* votum vovit Deo  
Jacob.

Si introíero in tabernáculum domus meæ: \*  
si ascéndero in lectum fratris mei:

Si dédero somnum óculis meis, \* & pálpes-  
bris meis dormitatióem:

Et réquiem tempóribus meis, donec invé-  
niam locum Dómino, \* tabernáculum Deo Ja-  
cob.

Ecce audívimus eam in Ephráta: \* invéni-  
mus eam in campis silvæ.

Introíbimus in tabernáculum ejus: \* ado-  
rábimus in loco ubi steterunt pedes ejus.

Surge, Dómine, in réquiem tuam: \* tu  
& arca sanctificatiónis tuæ.

Sa-



Sacerdotes tui induantur justitiam : \* & Sancti tui exultent.

Propter David servum tuum ; \* non avertas faciem Christi tui.

Juravit Dominus David veritatem , & non frustrabitur eam : \* De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Si custodierint filii tui testamentum meum , \* & testimonia mea hæc , quæ docebo eos :

Et filii eorum usque in sæculum , \* sedebunt super sedem tuam.

Quoniam elegit Dominus Sion : \* elegit eam in habitationem sibi.

Hæc requies mea in sæculum sæculi : \* hic habitabo , quoniam elegeram eam.

Viduum ejus benedicens benedicam : \* pauperes ejus saturabo panibus.

Sacerdotes ejus induam salutari : \* & Sancti ejus exultatione exultabunt.

Illuc producam cornu David : \* paravi lucernam Christo meo.


Inimicos ejus induam confusione : \* super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea.


Requiem æternam , &c.




*Dum repetitur hæc Antiphona deponitur corpus  
in fovea tantum.*


*Antiphona.*


**H**   
Æc ré- qui es me- a in sæ-

  
cu lum sæ- cu lí: hìc ha bi tá-


  
bo, quó ni am e- lé- gi e- am.

*Antiphona.*


**D**   
E ter- ra for má sti me,

  
& car- ne in du í- sti me Redem-  
ptor






ptor me us, Dó mi ne, re sú- ci ta



me in no vi- si mo di e. Dó mi-



ne pro bá sti.

*Psalm. 138.*

**D**omine, probásti me, & cognovísti me : \*  
tu cognovísti sessionem meam, & resurre-  
ctionem meam.

Intellexísti cogitationes meas de longè : \*  
semitam meam, & funiculum meum investigásti.

Et omnes vias meas prævidísti : \* quia non  
est sermo in lingua mea.

Ecce, Dómine, tu cognovísti ómnia, novíssima  
& antiqua : \* tu formásti me, & posuísti super  
me manum tuam.

Mirábilis facta est sciéntia tua ex me : \* con-  
fortáta est, & non pótero ad eam. \*



Quò ibo à spírítu tuo? \* & quò à fácie tua fúgiám?

Si ascéndero in cœlum, tu illic es: \* si descéndero in inférnum, ades.

Si sumpsero pennas meas dilúculò, \* & habitávero in extrémis maris.

Etenim ílluc manus tua dedúcet me: \* & tenébit me délixtera tua.

Et dixi: Fórsitan ténebræ conculcábunt me: \* & nox illuminátio mea in delíciis meis.

Quia ténebræ non obscurabúntur à te, & nox sicut dies illuminábitur: \* sicut ténebræ ejus, ita & lumen ejus.

Quia tu possedísti renes meos: \* suscepísti me de útero matris meæ.

Confitébor tibi, quia terríbiliter magnificátus es: \* mirábília ópera tua, & ánima mea cognóscit nimis.

Non est occultátum os meum à te, quod fecísti in occulto: \* & substántia mea in inférióribus terræ.

Imperféctum meum vidérunt óculi tui, & in libro tuo omnes scribéntur: \* dies formabúntur, & nemo in eis.

Mihi autem nimis honorificáti sunt amíci tui, Deus: \* nimis confortátus est principátus eórum.

Dinumerábo eos, & super arénam multiplicabúntur: \* exurréxi, & adhuc sum tecum.

Si



Si occideris, Deus, peccatores: \* viri sanguinum declinate à me.

Quia dicitis in cogitatione: \* Accipient in vanitate civitates tuas.

Nonne qui oderunt te, Domine, oderam: \* & super inimicos tuos tabescébam?

Perfecto odio oderam illos: \* & inimici facti sunt mihi.


Proba me, Deus, & scito cor meum: \* interroga me, & cognosce semitas meas.


Et vide, si via iniquitatis in me est: \* & deduc me in via æterna.

Réquiem æternam, &c.

*Corpus quod est in fovea cooperiatur terra, dum iteratur hæc Antiphona.*

*Antiphona.*

**D**   
E ter- ra for má sti me,




& car- ne in du í- sti me Redem-

ni


ii

ptor






ptor me us, Dó- mi ne, re- sú- ci ta




me in no ví- si mo di e.


*Antiphona.*



**N** On in- tres in ju di-



ci um cum ser- vo tu- o Dó mi-




ne : qui a non ju sti- fi ca bi tur

in





in conspéctu tu- o omnis vi-



vens. Dó mi ne ex áu di.

*Psalm. 142.*

**D**omine exáudi oratióem meam ; áuribus  
pércepe obsecratióem meam in veritate  
tua : \* exáudi me in tua justítia.

Et non intres in iudícium cum seruo tuo :  
\* quia non justificábitur in conspéctu tuo omnis  
vivens.

Quia persecútus est inimícus ánimam meam :  
\* humiliávit in terra vitam meam.

Collocávit me in obsúris sicut mórtuos sæ-  
culi : \* & ansiátus est super me spíritus meus ,  
in me turbátum est cor meum.

Memor fui diérum antiquórum , meditátus  
sum in ómnibus opéribus tuis : \* in factis má-  
nuum tuárum meditábar :

Expándi manus meas ad te : \* ánima mea  
sicut terra sine aqua tíbi.

Ve-



Velóçiter exáudi me Dómine : \* defécit spírítus meus.

Non avértas fáciem tuam à me : \* & simi-  
lis ero descendéntibus in lacum.

Audítam fac mihi manè misericórdiam tuam : \*  
quia in te sperávi.

Notam fac mihi viam, in qua ámbulem : \*  
quia ad te levávi ánimam meam.

Eripe me de inimícis meis Dómine, ad te  
confúgi : \* doce me fácere voluntátem tuam,  
quia Deus meus es tu.


Spíritus tuus bonus dedúcet me in terram  
rectam : \* propter nomen tuum Dómine vivi-  
ficábis me in æquitáte tua.

Edúces de tribulatióne ánimam meam : \*  
& misericórdia tua dispédes inimícos meos.

Et perdes omnes qui tríbulant ánimam me-  
am : \* quóniam ego servus tuus sum.


Réquiem ætérnam, &c.

*Antiphona.*


**N**  **On in- tres in ju- di-  
cium**

The musical notation consists of a single staff with a treble clef and a flat sign (B-flat). The melody is written in square neumes. The text 'Non intres in iudicium' is written below the staff, with the initial 'N' being significantly larger than the other letters. The word 'cium' is written on a separate line below the staff.







ci um cum ser vo tu- o Dó mi-



ne: qui a non ju sti fi cá bi tur




in conf pé- ctu tu- o omnis



vi- vens.


*Antiphona.*



**O** M nis spí- ri tus lau det

Dó.





Dó- mi num. Lau dá te Dñm.

*Psalm. 148.*

**L**audáte Dóminum de Cœlis : \* laudáte eum  
in excélsis.

Laudáte eum omnes Angeli ejus , \* laudá-  
te eum omnes Virtútes ejus.

Laudáte eum Sol & Luna : \* laudáte eum  
omnes Stellæ , & lumen.

Laudáte eum Cœli Cœlórum : \* & aquæ  
omnes , quæ super Cœlos sunt , laudent nomen  
Dómini.

Quia ipse dixit , & facta sunt : \* ipse man-  
dávít , & creáta sunt.

Státuit ea in ætérnum , & in sæculum sæ-  
culi : \* præcéptum pósuit , & non præteríbit.

Laudáte Dóminum de terra , \* dracones , &  
omnes abyssi.

Ignis , grando , nix , glácies , spíritus pro-  
cellárum , \* quæ faciunt verbum ejus.

Montes , & omnes colles : \* ligna fructífe-  
ra , & omnes cedri.

Béstia , & univérfa pécora : \* serpéntes , &  
vólucres pennátæ.

Re-



Reges terræ , & omnes pópuli : \* Príncipes , & omnes Júdices terræ.

Júvenes , & vírgines , senes cum junióribus , laudent nomen Dómini : \* quia exaltátum est nomen ejus solius.

Conféssio ejus super cœlum , & terram : \* & exaltávit cornu pópuli sui.

Hymnus ómnibus Sanctis ejus : \* filiis Israel , pópulo appropinquánti sibi.

*Psalm. 149.*

**C**Antáte Dómino cánticum novum : \* laus ejus in Ecclésia Sanctórum.

Lætétur Israel in eo , qui fecit eum : \* & filii Sion exúltent in Rege suo.

Laudent nomen ejus in choro : \* in tympano , & psaltério psallant ei :

Quia beneplácitum est Dómino in pópulo suo : \* & exaltábit mansuétos in salútem.

Exultábunt Sancti in glória : \* lætabúntur in cubílibus suis.

Exaltatiónes Dei in gútture eórum : \* & gládii ancípites in máribus eórum.

Ad faciéndam vindíctam in natióibus , \* increpationes in pópulis :

Ad alligándos Reges eórum in compédibus : \* & nóbiles eórum in máribus ferreis.

Ut fácient in eis judícium conscriptum : \* glória hæc est ómnibus Sanctis ejus.

**G**

*Psalm.*



Reges terræ, & omnes populi: \* Princi-

psalm. 150

**L**audáte Dóminum in Sanctis ejus: \* lau-  
dáte eum in firmaménto virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus: \* laudáte  
eum secúndum multitudínem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in sono tubæ: \* laudáte eum  
in psalterio, & cíthara.

Laudáte eum in tympano, & choro: \* lau-  
dáte eum in chordis, & órgano.

Laudáte eum in cymbalis bene sonántibus:  
laudáte eum in cymbalis jubilatiónis: \* omnis  
spíritus laudet Dóminum.

& Réquiem ætérnam \* dona eis, Dómine.

Et lux perpetua lúceat ei.

*Antiphona.*

**O**mnis spí- ri tus lau det

Dó- mi num.

Ora-



*Oratio.*

**O**Rémus, fratres charíssimi, pro spírítu fratris nostri N. quem Dóminus de láqueo hujus sæculi liberáre dignátus est: cujus corpúsculum hódie sepultúræ tráditur: ut eum pié-tas Dei in sinu Abrahæ, Isáac & Jacób collo-cáre dignétur: ut cum judícii dies advénerit ínter Sanctos, & eléctos suos, eum parte dex-tera collocándum resuscitári faciat. Per Chri-stum Dóminum nostrum. R. Amen.

*Oratio.*

**D**Eus, cui ómnia vivunt, & cui non péreunt in moriéndo fidélium córpora, sed mutántur in mélius: te súpplices deprecámur, ut quid- quid ánima fámuli tui N. vitiórum, tuæque voluntáti contrárium, fallente diabolo, seu pró- pria iniquitáte, seu fragilitáte contráxit: tu pius, & miséricors ábluas indulgéndo: eámque fúscipi júbeas per manus sanctórum Angelórum tuórum deducéndam in sinum Patriarchárum, & Prophetárum tuórum Abrahæ scílicet amí- ci tui, & Isaac elécti tui: & Jacob dilécti tui: in quo aufúgit dolor, atque tristítia, & sus- pírium: fidélium quoque animæ fælíci jucundi- táte lætántur: & in novíssima magni judícii die inter sanctos, & eléctos tuos eam fácias perpétuæ glóriæ percípere portióem, quam



óculus non vidit, nec auris audivit, & in cor  
hóminis non ascendit, quam præparasti dili-  
géntibus te. Per Christum Dóminum nostrum.  
R. Amen.

*Oratio.*

**T**Emeritátis quidem est, Dómine, ut homo  
hóminem, cinis cínere, mortális mortá-  
lem, tibi Dómino Deo áudeat commendáre:  
sed quia terra súscipit terram, & pulvis con-  
vertitur in púlverem, donec omnis caro in suam  
redigátur oríginem: inde tuam, piíssime Pa-  
ter, lacrymabíliter quæsumus pietátem, ut hu-  
jus fámuli tui N. ánimam, quam de hujus sæ-  
culi cœnulénta vorágine ducis ad pátriam, Abrá-  
hæ amíci tui sinu recípias, & refrigeríi rore  
perfúndas: sit ab æstuántis gehénnæ truci in-  
céndio segregáta, & beátæ requíei tuæ te do-  
nante conjúncta. Et si quæ sunt illi, Dómine,  
dignæ cruciátibus culpæ: tu eas grátia mitíssi-  
mæ lenitátis indúlge: nec peccáti recípiat vi-  
cem, qui tuam in votis ténuit voluntátem: sed  
indulgéntiæ tuæ piam séntiat sanitátem. Cum-  
que finíto mundi término supérnum cunctis il-  
lúxerit regnum, novus homo sanctórum óm-  
nium cœtibus aggregátus cum eléctis tuis re-  
súrgat in parte dextra collocándus. Per Chri-  
stum Dóminum nostrum. R. Amen.

*Ora-*



*Oratio.*

